

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad  
Exequias Quas Virgini ... Margaretha Nettelenblades/ Filiae desideratissimae  
Parens moestißimus hodie paratas cupit Cives quoq[ue] suos in aedem D. Petri  
... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494722>

Druck    Freier  Zugang



Rhane, H.,  
in  
**M. Nettelenblad.**  
Rostock, 1638.

33









145.

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Profess. P.  
*AD EXEQUIAS*

Quas

*VIRGINI pudicissime Speciosaq;*  
**MARGARETHÆ**  
*Netteleinblades /*  
Filiæ desideratissimæ  
*Parens mæstissimus hodie paratas cupit*  
*Cives quoq; suos in ædem D. Petri, ad horam in*  
*meridie primam studiose & serio*  
*vocat.*



76.

ROST,  
Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.  
Anno M. DC. XXXIX.

МАРГАРИТА  
АНТОНА

Ильинская

Библиотека  
Университета  
имени А.С.Пушкина  
г. Санкт-Петербург



Библиотека

Университета  
имени А.С.Пушкина

**S**peciosam admōdum pudi-  
camq; Virginē, MARGARE-  
TAM Nettelnblads / pro of-  
ficio simul nostro, ac velut  
ipsa commeruit, laudaturi, videre-  
mur nostris moribus debere vel nihil  
vel parum loqui. Siquidem ijs virtu-  
tibus applicare se scriptores debent,  
quæ diligi præcipuè soleant. Foretq;  
malum omnino factum, si brevitatē  
in loquendo commendaremus, ipsi  
non breves. At vero inter ceteras no-  
strarū virginū dotes paucitas quoq;  
verborum est, quam in congressibus  
publicis dierum genialium, aliaq;  
so-  
lemniore lātitia præcipue præstant.  
**Q**uis enim est eorum, qui, cum ad nos  
commearint, facturi, ut nō urbes, sed  
incolas sciant, quam primum in cō-  
mercia sermonis invitet puellas, qui  
aut

2833

aut fidele silentium , aut parsimoniā  
Laconum, & communitat̄ his præ-  
sidijs honestatem non experiatur ?  
Cumq; suspecta omnis sermocinatio,  
& quærentem verba & sugeren-  
tem terrere soleat , facile nullum  
animi oblectamentum, nisi istud cor-  
poris bellūnum in amphoris restat.  
Quale tamen istud prius est, ut inter  
ingenuas utriusq; sexus mentes nec  
reprehendi possit & olim imperatum  
fuerit. Præsertim in Lacedæmonio-  
rum spectaculis; quibus adolescentu-  
las jácere sales festivè atq; agere juve-  
nes oportebat , si qui minus decore  
se gererent; versibus contrà aliorum  
decantare laudes , & gloriæ deside-  
rium succendere. Et fiebat, ex paren-  
tum disciplina, ut facetiis aculei, nec  
illi quidem citra venustatem ac gra-  
tias

tias essent. Quānquam jam olim Philosophi quoq; exegerint, ut familiare suum dicendi genus, non ex vernularum dicacitate virgines, sed Attico quodam lepore condirent; &, si quæ prudenter ac venuste, quæ sentiant, argute simul & rotunde eloquantur, id nullo cum damno fidelis silentij habeatur, sæpius in lucro & per quam salutare totis familiis sit. Et faciendum ergo nobis ex populari istius sexus more hoc minus est, ut elingues mutiq; potius, quam homines videri & præstare ceteris animantibus velimus, quo propensior ad locutionem moderatam ac probam nostra MARGARETA fuit. Quam domi suæ & inter operas ancillarum, totam pro re familiari exercebat. Alieno prorsus à se more, qui in ceteris obtinere solet,

P 3

quæ

quæ non prius disert & sunt, quam cum traducere ac male habere incipient vicinos. Qui morbus in mulieres durans, auget deinde cum annis, & saepe per maritorum stultitiam acuitur. Hinc occultæ atq; insidiosæ pervestigationes eorum, quæ ad se nihil pertinent; corrupta familia, quam pro speculatoribus alunt, fabulæ, quibus suspēdunt mulierum collegia; malaq; convicia impudentis linguae, & cætera manat omnis turpitudo. De quibus propter urbis vitium longè plura forent dicenda, nisi onerare aliarum commissis potius, quam sua laude afficere defunctam videremur. Et fuit ista linguae continentia, aliis stipata virtutibus. Dum enim suis de rebus, & quæ ad præsentes facerent, consultabat, clucere in primis cura prudentiaq; regundæ donius; ad quam ipsa se instruere, nec tam accipere ab aliis, quam dare jam ac dividere dictata poterat. Cervisæ ante omnia, & quæ ad eam coquendā faciunt, peritissima; ad rem porro sic attenta, ut matrem familias præstare optime, non adhuc discere videretur. Siquidem & ceteræ dotes, non aliam proximè daturæ fuissent. Cum probitas ejus & verbi amor divini, egenorum commiseratio, neq; obscura pro rebus suis liberalitas, invitare ad conditionem querendam quemq;  
bo-

bonum juvenem, pietas in primis in Genitorem  
poterat. Quem solari usque eo diligentia & suc-  
cessu sciebat, ut illi nihil aliud lenierit conjugis,  
quam ante sexennium amiserat, desiderium,  
quam surrogata & quotidie melior prognata  
virtus. Nullamque majorem afferre calamita-  
tem fortuna potuit, quam postquam istud fami-  
liae fulerum impetiit, & domum orbam, & de-  
novo viduum parentem, misera ex hoc funere ef-  
fecit omnia. Haec sunt, quae paucis, & veluti  
moris est, ex hoc loco commemorare de virtuti-  
bus ejus visa fuerunt. De parentibus & gene-  
re, quod non insimum narrata erat, quanquam in  
hac urbe constet, pertinemus tamen reliqua.  
Genitor ergo ipsi Hans Nettelnblat/Civis & Ec-  
clesiae Petrinæ Diaconus est, integer & spectatus  
Vir; Mater fuit, MARGARETHA Hynzen. Pa-  
rentem JOACHIMUS generat, filium sibi pror-  
sus & vita & dignitate parem, cui veluti inter  
hereditatem reliquerat curam rationum atque  
ædis Petrinæ, in lucem mater dabat GERTRUD  
Grubenhagens/ Consul's Gustroviensis legitima  
filia. Avus ex Matre fuit, HENRICUS Hyn-  
ze/Civis apud nos & Certificarius. Avia M A R-  
GARETHA Kolzowen. Per hos orta virgo no-  
stra & in Ecclesiæ gremium per Baptismi Sacra-

mem-

mentum recepta , pōst , quōd ex superioribus  
clarum est, optime educata institutaq; fuit. Do-  
nec annum ingressa XVIII. Majo nuper mense  
calores non nullos sentire incepit, Ad quos ac-  
cesserunt deinde omnia, quæ popularem istum  
& nunc grassantem morbum comitari solent.  
Et quanquam opponerentur Medicorum opes,  
tamen omnis cura impensaq; opera frustra fuit  
suscepta. Nam appetebat terminus, ultra quem  
produci vita ejus non posset. Qui ipsi supe-  
riore III. Junij intra matutinam tertiam & quar-  
tam placidē ac beatē contigit. Nos, Cives Aca-  
demici, operam hodie prosequendo dabimus, ut  
nihil humanitatis desiderari in nobis possit, cu-  
jus omnes & per hæc incerta funestaq; tempora,  
quæ cuiq; ultima imminere possunt, studio-  
sos nos esse in primis convenit. P. P.

VI, Junij, Anno Christ.

CIO IO CXXXIX.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770494722/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494722/phys_0016)



bonum juvenem, pietas in pri-  
poterat. Quem solari usq; ec-  
cessu sciebat, ut illi nihil aliud  
quam ante sexennium amiseret  
quam surrogata & quotidie  
virtus. Nullamq; majorem  
tem fortuna potuit, quam post  
lia fulerum impetiit, & domu-  
nuo viduum parentem, misera  
fecit omnia. Hæc sunt, quæ  
moris est, ex hoc loco commen-  
bus ejus visa fuerunt. De par-  
re, quod non insimum nocta era-  
hac urbe constet, pertexemus.  
Genitor ergo ipsi Hans Netteli  
clesiæ Petrinæ Diaconus est, int  
Vir; Mater fuit, MARGARETE  
rentem JOACHIMUS genuerat  
sus & vita & dignitate parem  
hereditatem reliquerat curam  
ædis Petrinæ, in lucem mater d  
Grubenhagens/ Consulis Gust  
ma filia. Avus ex Matre fuit, H  
e/Civis apud nos & Certvissari  
GARETHA Kolzowen. Per ho-  
stra & in Ecclesiæ gremium per-

the S  
Reference Chart TE263 Serial No. 033

siorem  
& suc-  
njugis,  
ium ,  
ognata  
amita-  
l fami-  
, & de-  
ere ef-  
veluti  
irtutia-  
gene-  
iam in  
qua .  
& Ec-  
ctatus  
1. Pa-  
i pror-  
i inter-  
i atq;  
TRUD  
egiti.  
Hym  
M A R-  
zo no-  
Sacra-  
mem-

